

censum Lipcz semoto omni impedimento memoratis¹²⁾ dominis¹³⁾ praesentabit et persolvat¹⁴⁾, renuncians pro me et omnibus meis heredibus natis et nascendis omni iuris beneficio et auxilio, quibus praemissis posset in posterum quomodolibet obviari, resignans¹⁵⁾ dictum censum¹⁶⁾ ad manus domini episcopi et¹⁷⁾ ecclesiae suae praenotatae¹⁸⁾ perpetue nunc et in futurum¹⁹⁾, cupiens eosdem dominos emptores exnunc dicti²⁰⁾ census veros et legitimos fieri possessores. In cuius venditionis et resignationis testimonium²¹⁾ praesentes litteras saepe dictis dominis dedi sigilli mei munimine roboratas²²⁾ sub anno incarnationis Christi M^o.CCC^o.XXXIX^o. in die Kiliani et suorum²³⁾ sociorum martyrum beatorum.

Nach zwei Origgs. im Rathsarchiv zu Leipzig; das Siegel an A ist abhanden gekommen, das an B mittelst eines Pergamentstreifens befestigt und sehr beschädigt.

12) Lipcz — memoratis fehlt B. 13) eisdem dominis B. 14) et persolvat fehlt B. Es folgt daselbst: sine omni dilationis termino et exsolvet. Insuper renuncians etc. 15) resignans nihilominus B. 16) Folgt B: simpliciter et sine fraude. 17) seu eccl. B. 18) suae praenot. fehlt B; dafür: Mersburgensis memoratae. 19) Folgt B: praesentibus in his scriptis. Ceterum cupiens sincere eosdem etc. 20) praedicti B. 21) evidens testimonium B. 22) robore communitae B. 23) sociorum suorum B.

No. 99. 1339. 11. Nov.

B. Gebhard von Mersburg überträgt das Eigenthum einer Hufe zu Kitzen, nachdem Cunrad gen. Porzik das von der Mersburger Kirche zu Lehn rührende Zinsrecht derselben an das Kloster verkauft hat (No. 98) und urkundet dies und des Domdecans Engilbert, welcher zwei Drittheile des Kaufpreises bezahlt hat. Bestimmungen und Stiftungen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis amen. Gebhardus¹⁾ dei gratia Mersburgensis ecclesiae episcopus omnibus in perpetuum. Cum sagax discretorum experientia memoriae hominum labilitate pensata ut acta mortalium, ne ex diurnitate²⁾ temporum oblivionis defectui tradantur aut scrupulo invidiae seu ignorantiae ad nihilum redigantur, scripturarum indicibus ac idoneorum testimonio perhennentur, nos igitur universorum tam praesentis temporis quam futuri industriae innotescimus lucide per praesentes, quod religiosi et honorabiles viri domini Nycolaus praepositus, Martinus prior totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae apostoli in Lipzk bono zelo moti suae ecclesiae ac successorum suorum utilitati et profectui laudabiliter intendentes unum mansum cum una curia ad ipsum pertinente situm in pago villae dictae Kyczin solventem annui census alteram dimidiam marcam argenti usualis et dativi et decem pullos, quem colit Johannes dictus Dydicz ibidem morans iure hereditario possidens, compararunt rite et rationabiliter ab honesto famulo Conrado Porzik cognomine veris ipsius heredibus consentientibus iusto venditionis et emptionis titulo hinc inde interveniente omni dolo et fraude principaliter et simpliciter praexclusis pro tredecim sexagenis grossorum Pragensium iam integraliter et numeraliter exsolutis Conrado supradicto. Cuius pecuniae honorabilis vir dominus Engilbertus praedictae ecclesiae nostrae decanus octo sexagenas cum tribus fertonibus pro unius marcae redditibus solvit cupiens apud eos perpetuam sui et parentum suo-

1) Gebhardus B. 2) diurnitate B.